

probra sanctissimum nomen Philosophi usurpant, cum tam  
men Maiores nostri nomina iuuenum fortissimorum, Har-  
modii & Aristogitonis, qui libertatis recuperandae gratia  
Hippiam Tyrannum interficere adorsi sunt, ne vñquam  
seruis indere liceret, decreto publico sanxerint, quoniam  
nefas duxerunt, nomina libertati deuota seruili contagio  
pollui: cur ergo nos patiamur, nome Philosophiae illustrissi-  
mum in hominibus deterrimis exsordescere? Similem dolorem  
tam de Docentibus quam de Discentibus, qui honestissima profes-  
sione sua indignos se gerunt, adhuc hodie persentiscunt non tantum  
omnes Christiani dodi, sed etiam & praecipue Deus, qui hypocritis,  
malitiam aut pigritiam suam speciosa incrustatione obducentibus,  
prae aliis inimicus est, illis saepe omnes poenas in unum diem conclu-  
dere solet, ad quas praecauidas consultum esset, ut nunquam non  
auribus nostris insonarent verba Poëtae: Θεὸς ἡχη ἐνδικον τρυπα, quae  
quasi pro Symbolo erant Domino M. Breussero, piae memo-  
riae, Praeceptoris etiam olim meo fidelissimo, cui, una cum Domi-  
no M. Praetorio, quanquam gratia referri tanta non potest,  
quanta debetur, habenda tamen tanta est, quantam maximam ani-  
mus meus capere potest. Nulli e contrario non Virtus (intellectua-  
lis morali vestita) & viuo & mortuo retulit gratiam, si illam bona  
secutus est fide, inquit Seneca Ep. 67., id quod etiam multis-  
tam Christianorum, quam Ethnicorum exemplis stabiliri, & adhuc ple-  
nius fieri posset, nisi verendum esset, ne in longum Oratio exresce-  
ret. Lepide sane & vere Tullius ad Atticum: Sicut, ait,  
non ex ebore tantum Phidias sciebat facere simulacra,  
sed etiam ex aëre, &, si adhuc viliorem materiam obtulif-  
ses, fecisset, quale ex illa fieri posset: sic Sapiens Virtu-  
tem, si licebit, in diuitiis explicabit, sin minus, in pauper-  
tate, si poterit, in patria, sin minus, in exilio, si poterit, sa-  
nus, sin minus, debilis, quamcunque fortunam acceperit,  
aliquid ex illa memorabile efficiet. His ipsis verbis eloquen-  
tiae Paren simul etiam ansam nobis praebet ad alia transeundi, ob-  
viamque eundi illis, qui non attendunt iudicium Aristippi, quodro-  
gatus, in quo melior euasurus esset filius, ut crudiretur? etsi, re-  
sponderit, nulla alia in re, certè vel in theatro non sedebit  
lapis super lapidem; cumque non nemo ei, quingentas drachmas  
pro filii informatione postulanti, ogganniret: Tanti emere man-  
cipium possum; eme, reclamauit, & habebis duo mancipia,  
citante Diogene Laërtio in vita Aristippi; sed potius viden-  
tes,